

Embedded reading

Virginia

Versio II

Virginus vir Romanus fuit, qui pulchram filiam habebat, nomine Virginiam, quam valde amabat. Ipse quoque a filia sua amabatur.

Olim vir malus at dives, nomine Claudius, eos vidit. Claudius Virginio invidebat, atque qua de causa consilium eam rapiendi excogitavit.

Vocavit igitur servum et „Videsne“ inquit, „Virginiam, pulchram illam virginem?“ Servus „Ite, domine,“ inquit, „video.“ Claudius igitur puellam raptam ad se duci iussit, dicens: „Curre, atque puellam raptam ad me statim duc!“

Servus imperata domini statim fecit; puella rapta clamabat et servum orabat. Multi in via ambulabant, nemo ad iuvandum cucurrit: nam omnes Claudium timebant, neque quisquam paratus erat ad moriendum pro Virginia.

Patri nuntiaverunt; qui statim ad Claudium accedens clamavit: „O Claudie, quid est hoc? Filiam meam rapere ausus es? Nullum enim malum tibi feci, et filia mea virgo proba est. Redde igitur statim eam, si vir es bonus.“

Claudius autem ridens „O Virgini“ inquit, „ipse divitissimus sum, tu autem pauper; ego multos servos habeo, tu vero nullos: stulte senex: te enim contemno, neque clamores tuos curo.“

Quibus superbissimis verbis auditis, Virginus, gladio sub pallio occultato, ad filiam suam accessit: gladium vero in corpus eius mersit atque interfecit. Puella humi in sanguine suo iacet. „Filia mea“ clamavit Virginus, „numquam ancilla tua erit!“

Cum primum autem Romani Virginiam mortuam viderunt atque totam rem, ut facta erat, audiverunt, Claudium comprehensum ad mortem mitti iusserunt.